



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari  
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Viteberga, 1542**

**VD16 C 4714**

XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35748**

P R A E C I P V I .

tu. Reijcitur & impia opinio, de traditionibus &  
uotis, in qua fингitur, cultus humana autoritate  
excogitatos, mereri remissionem peccatorum, esse  
satisfactiones pro peccatis, &c. Cuiusmodi falsae  
persuasiones de uotis, de certis ieunijs, &c. in  
Ecclesia ab indoctis sparsæ sunt.

XVI.

De rebus ciuilibus docent, quod legitime or=  
dinationes ciuiles, sint bona opera & ordinatio=  
nes Dei, sicut Paulus testatur. Quæ sunt potesta=  
tes, a Deo ordinatæ sunt. Docent igitur, quod  
Christianis liceat magistratus gerere, exercere  
iudicia, iudicare res ex imperatorijs & alijs præ=  
sentibus legibus, supplicia iure constituere, iure  
bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium  
iusiurandum postulantibus magistratibus dare,  
contrahere legitima coniugia, artes probatas le=  
gibus exercere.

Damnant Anabaptistas qui interdicunt hec  
ciuilia officia Christianis.

Damnant & illos qui Euangelicam perfectio=  
nem collocarunt in desertione ciuilium officio=rum,  
cum Euangelica perfectio sit spiritualis, hoc  
est, consistat in motibus cordis, in timore Dei, fide,  
dilectio =

## ARTICVL I FIDEI

dilectione, obedientia. Euangelium enim concio-  
natur de quadam æterna iusticia cordis, Nec abo-  
let interim politiam aut Oeconomiam, Sed maxi-  
me postulat eas in hac uita corporali conseruari,  
tanquam ordinationes Dei, & in talibus ordina-  
tionibus exercere caritatem. Itaq; Christiani ne-  
cessario debent obedire præsentibus magistrati-  
bus ac legibus, nisi cum iubent peccare. Tunc  
enim magis debent obedire Deo quam hominibus  
Actorum 4.

## XVII.

Item, docent quod Christus apparebit in con-  
summatione mundi, ad iudicandum, & mortuos  
omnes resuscitabit, & hominibus pijs dabit uitam  
æternam & gaudia perpetua. Impios autem homi-  
nes & diabolos condemnabit, ut sine fine cruci-  
entur.

Damnamus Anabaptistas, qui nunc iudaicas  
opiniones spargunt, fingunt ante resurrectionem,  
pios regna mundi occupaturos esse, ubiq; deletis  
aut oppressis impijs. Scimus enim quod pijs debeant  
obedire præsentibus magistratibus, non eripere  
eis imperia, non dissipare politias per seditionem,  
quia Paulus precipit, Omnis anima magistratu*suo*